



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Materia Lectionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

vi cum imperialia actio determinata sit, quam substituas, ne otio  
molorum omnium origini ullus unquam aperius sit locus.  
quod fam  
aut Sanc  
am explic  
ad om  
das.  
o dicens  
itabis,  
ques;  
tui fundo  
offerent  
cas penib  
em agen  
is) & q  
librum  
prima in  
stituti  
teria no  
, aut d  
s Festo  
tur.  
necessari  
adas, & p  
nature n  
ustij ac  
im fieri p  
itatione  
im fundo  
nabebin  
Quod  
scipendi  
pote ap  
us super  
seu

IX. Noli autem turbari, si subito quopiam casu, aut ne-  
gociis intervenientibus constitutum ordinem diurnum in-  
trumperes, vel mutare cogaris, sed potius optimum tuarum  
fotionum ordinem esse crede, quem sanctissima Dei vo-  
notas per ejusmodi negotia supervenientia sufficienter in-  
dicata designat.

Materia Lectio[n]is.

Ex libello de imitatione Christi legi potest l. 3. c. 31.

Ex Aesthetico vel historico aliquot capita.

Ex libello Exercitiorum legi hodie utiliter possunt Re-  
gulae à S. Ignatio, ut cum Orthodoxa Ecclesia recte sen-  
tiantur, præscriptæ, qua in sequentibus monitis consistunt.

I. Ut promptus semper animus retineatur, ad obedien-  
tiam, & feniendum cum Ecclesia Catholica.  
II. Ut laudetur frequens confessio & communio, Missæq;  
audito, & horarum canonicarum tam privata, quam publi-  
citatatio.

III. Ut Religiones & vota religiosa pariter commenden-  
tur, & status cælibatus, aut virginitatis conjugio præferatur.

IV. Ut reliquiarum veneratio, & invocatio Sanctorum,  
peregrinationesque ad illorum templo institutæ, cum indul-  
genceis, jubilæis, & alijs devotionis adminiculis laudentur.

V. Ut templorum extructio, ornatus, & imagines etiam  
commendentur.

VI. Ut præcepta Ecclesiæ, Traditiones, Ritus, & Decreta  
audiens probentur; quemadmodum etiam doctrina sacra  
cum positiva, tum scholastica.

VII. Ut vitetur hominum, qui adhuc in terris vivunt,  
cum Beatis in celo existentibus comparatio; talis enim  
comparatio, ut Thomas Kemp. l. 3. c. 58. ait, nullum fru-  
cum afferit, sed potius dissensiones, & lites inutiles parit,  
id est Deo & Sanctis displiceret.

VIII. Ut, cum de prædestinatione (quod raro fieri expe-  
dit) sermo habetur, cum magna circumspectione id fiat, ne  
aut liberi arbitrij vires, & operum bonorum merita excludi-  
videantur; aut è contrario nimium ipsis tribuatur.

Q. 4

IX.

IX. Ut neque Fidei valor & præstantia nimis extollantur bona opera, & aliæ virtutes negligantur; atque ob eadem causam de efficacia gratiæ sermo circumspectè insinuantur.

X. Ut non vituperetur timor servilis Majestatis divinae cum etiam hic sit utilis valde, & sæpe necessarius ad homines à peccato mortali absterredos; licet semper magis filii timor & dilectio commendanda & suadenda sit.

### Materia Scriptionis.

Hoc die utiliter aliquæ orationes Jaculatoriæ conscribentur, quæ pro varijs occasionibus servire queant; diuinæ viræ potest, quantopere profint hæc orationes ad mentem perpetuò cum Deo uniendam, fervoremque devotionis, & remitti cœperit, instaurandum. Sunt quippe hæc orationes velut prunæ, quibus facile divini amoris ignis in mensa nostris suscitatur; sunt tela & sagittæ, quibus & ab hostiis nostris tueri nos, tutosque reddere, & verò etiam ipsius Regis ad omnia, quæ perimus, concedenda expugnare possumus; sunt deliciae & refocillatiōnes, quibus languorem um in miserijs humanis sublevare & tanquam cibo fortificare ad alacriter decurrentiam perfectionis viam restamus; sunt epistolæ breves, quas anima per suspiria tanquam inter nuntios ad Deum & Sanctos transmittit. Verbo: Orationes hæc jaculatoriæ sunt compendiosissima ad mentem rebus terrenis abstrahendam, perfectionemque brevi tempore consequendam via; sunt medicina vitiorum, pallium frenum, virtutum perpetuum exercitium, & mentium uberrimorum fons perpetuus, unde S. Augustinus scriptò ad Brobam sic scripsit: *Dicuntur fratres in Ego cerebris quidem orationes habere, sed eas brevissimas tamquam raptim quodam modo jaculatas, ne illa vigilanter erit quæ oranti plurimum necessaria est, per productiores mente evanescat, atque hebetetur intentio. Ut ergo earum usum tantò facilius sibi familiarem facere possit Sacerdos in quentem modum poterit orationes ejusmodi jaculatoriæ pro varijs occasionibus sibi conscribere,*